

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Nvper Svb D. Carolo Repertis Insulis, simulq[ue] incolarum moribus ... Enchiridion

Anghiera, Pietro Martire

Basilea, 1521

Reveren domini protonotarii Petri martyris de insvlis nvper repertis et
illarvm gentivm moribvs libellvs

[urn:nbn:de:bsz:31-270783](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270783)

REVERENDO

MINI PROTONOTARII PETRI MARTYRIS DE INSVLIS NVPER REPERTIS ET ILLARVM GENTIVM MORIBVS LIBELLVS.



EX MEARVM decedū libellis in vulgus emissis colligere licet, Pater sancte, fugitios quosdam ad uicina Darienis appullos nostrorum libellos admirantes dixisse, terras se aliquando incoluisse, quorum habitatores instrumentis uterentur eiusmodi, ac politice legibus parentes uiuerent, atriaq; ac templa lapidibus constructa magnifice, plateas etiam, stratasq; uias ordine composito ubi negotiarentur haberent. eas nūc terras nostri reperere, qui auctores fuerint, quomodo res processerit, attente audiat Beatitudo tua: Quādoquidem tuo throno subdenda pro tempore in lucem prodeant hęc omnia.

De insula Cuba, quam Fernandinam placuit appellari, Hispaniolæ occidentali proxima, Septētrionalis tamē adeo ut Cancrī tropicus mediam secet Cubam:

22 Hispa

Hispaniola uero a tropico distet ad equatorē gradus aliquot. paucā tetigimus haectenus. In hac insula sex iam sunt oppida erecta. Primarium a diuo Iacobo Hispaniarum patrono nomen sumit. Natiuum est ibi aurum, & montanum, & fluuiiale. auro suffodiendo inuigilatur. Quo anno libelli mei portas clauerūt, tres Hispani ex antiquioribus Cubæ ciuibus, Franciscus Fernandes Cordubensis; Lupus Ocho. Caicedus, & Christophorus Morantes, nouas quærere terras institunt. Est inquietus & semper magna moliens Hispanorum animus. tria instruunt eius generis nauigia, quæ appellat Hispanus Carauellas, propriis impensis: habita a gubernatore Dieco Velasquem nauigandi potestate ex angulo Cubæ occidentali, qui sancti Antonii nomē adeptus est. Altum capiunt cum centum & decem uiris. Est hic angulus ad reficiēdas naues, ac aquationi, ac signationi aptissimus: cælo tantum & aqua contenti sex ad nauigant inter Zephirū & Austrum dies, ac dimidium, quo tempore sex tantum & sexaginta se miliaria percurrisse arbitrantur. Stabant autem in ancoris. ubicunq; sol cadēs illos deprehendebat: ne per ignotum pelagus errantes, scopulis illiderentur, aut harenosis uadis impliciti mergerentur. In insulam incidunt ingentem, nomine Iucatanam cuius initium incolæ Eccampī uocant. oppidū in litore situm adeūt, magnum adeo, ut Cairum illud nostri dixerint. hospitaliter ab incolis nostri suscipiūtur, in
gressi

gressi sūma sunt repleti admiratione. turritas domos, tēpla magnifica, uias ordine stratatas ac plateas, ac nūdi naria ibi agi cōmertia, reperiunt: lapideę sunt domus, aut ex lateribus & calce, arte & industria confectę: ad prima domorum impluua & primas habitationes p̄ duodecim aut decem gradus ascenditur: non tegulis tātum, sed culmis aut herbarum fruticibus coopertę sunt. Mutuis se muneribus afficiunt: bullas aureas & ex auro fabrefacta monilia p̄ pulchre formata barbari nostris, nostri autē illis sericeas ac laneas uestes, uitreos etiam calculos, & auricalchea tintinabula, muna illis grata, quia peregrina, sunt impartiti. Specula floccifaciebant nostra, quia illi lucidiora ex quibusdā lapillis assequuntur. Vestita est hęc gens non lana, quia pecudes non habent, sed gon sapio mille modis & uariis fucato coloribus. Fœminę a cingulo ad talū induuntur, uelaminibusq; diuersis caput & pectora tegūt, & pudice cauent, ne pes aut crus illis uisatur. Tempa frequentāt, ad quę primariū uias ex propriis domibus sternunt: Idolorum culturę indulgent, sunt Recutiti. sūmma fide negotiantur, permutando tamen sine pecuniis. Cruces ornant. Vnde id habuerint interrogati per interpretes, dicunt aliqui, transiisse aliquando uirum quendam formosissimum per eos tractus, qui eis id insigne in sui memoriā reliquerit: Alij, obijisse lucidiorē sole hominē in eo opificio, certi nil habetur.

Aliquot ibi dies commorati, iam uidebantur inco-

lis esse molesti. nullius enim hospitis est grata mora longa. com meatum capiunt, recta tendunt ad occidentem per prouinciam Comi & Maiam dictas ab accolis, præterlapsi sunt, aquam tantum & signa ex itinere capientes, barbari littorales nostras admirabantur naues mari natantes, ad quas uisendas & foeminæ permixtæ uiris cum infantibus passim prodibant. Nam ex mari non sine stupore illorum ædificia, sed præcipue templa littoribus proxima, in modum arcium erecta prospectabant. Iacere tandem ancoras placuit ad miliaria centum, decem in prouincia, cui nomen Campechi um, cuius oppidum est domorum trium milium, amice seinuicem complectuntur, nauticam nostrorum artem, nauigiorum magnitudinē, uela, amplustra, resq; cæteras barbari attoniti admirabantur. Vbi excussorum tormentorum tonitrua, fumosum ac sulphureum odoremq; ignitum senserunt, a deo mitti fulmina arbitrabantur. In atrio Regulus nostros benigne magnificeq; hospitatus est. Post sumptas more illorum epulas, in quibus pauones habent & altilia, uolucres etiã montanas & nemorales, ac aquatiles, perdices, coturnices, turtures, anates, & anseres, cuniculos, ultra hæc lupos, leones, tigres, uulpes, & quadrupedes agrestes ut apros, ceruos & lepores. Ducti sunt nostri cū regio comitatu ad latum compitum in oppidi lateresitum: ostendunt nostris quadratum quatuor graduū erectum marmoreum, partim ex tenaci bitumine, partim

INSVLIS NVPER INVENTIS. 7

tim ex lapillis pulpitem: cui hominis inhærebat simu-
lacrum super sculptum: adhæretibus illi duobus qua-
drupedibus ignotis, qui marmorei hominis uterū, uti
canes rabidi uidebantur uelle dilacerare. Serpens bi-
tumine a lapillis cōpacta, pedum longa septē & qua-
draginta, uti bos magnus marmoreum leonē uorans,
recenti cruore irrorata simulacro astabat, proximi so-
lo affixi erant tres tigni, quos tres alij lapidibus sufful-
ti transuerfabant. In eo loco reos puniunt: in cuius rei
argumentum, stratas uiderunt innumeras cruore illi-
tas & contractas sagittas. & mortuorum ossa in uici-
nam cortem proiecta. Domus & hic sunt ex calce &
lapidibus edificatæ. Regulo Lazari nomen indiderūt
quia Lazari die terrā ceperunt. Ab eunt ad milia inde,
ad occidentem semper, quindecim. Prouinciā captāt
nomine Aquanil, cuius oppidum Mosco dicitur, Re-
gulus Capoton, ultima acuta. Hostiliter in spectat no-
stros hic regulus, insidias nostris struit, petentibus
aquam, trans collem proximum fontes esse innuunt,
qua iter erat per angustas semitas. Ex mutatis in fron-
te coloribus, & arcuum & telorū gestamine, fraudem
sensere, tendere ulterius nostri recusant. pallantes &
imparatos adoriuntur nostros barbari, mille am-
plius sternunt fugientes nostros, cenoso in litto-
re, (erat enim ibi mare cenosum) implicantur, du-
os & uiginti sagittis transuerberatos perimunt: reli-
quos

quos maiori ex parte uulnerant. Tribus & triginta, in
 quunt, classis ipsum prætorem Franciscum Fernanden
 uulneribus percussum. Fere nullus euasit incolumis.
 Si ad monstratos colles processissent, pempti fuissent
 ad unum, Mœsti ergo redeunt, qui superfuere ad Fer
 nandinam insulam unde uenerant, ac cum fletu & ge
 mitibus ob relictos & præsentis uulneratos a socijs re
 cipiuntur. His intellectis Cubæ Fernandinæ, guberna
 tor Diecus Velasquæ quatuor Carauellarū classem in
 struit cum hominibus circiter trecentis: Huic classicu
 læ præfecit nepotem suum Ioannem Grifaluam addi
 tis, subprætoribus Alfonso Auila, Francisco Mōtegio
 & commēdatario Petro Aluarado, Nauclero autem
 eodem Antonio Alamino prioris classiculæ rectore.
 Idem iter capiunt, sed australius aliquāto ad milia for
 te septuaginta: turrim ex alto uident, terram minime.
 Ea turri duce, insulā apprehendūt, nomine Cozumel
 lam, a qua suaves se olfecisse odores spacio trium mili
 ariorum uento inde perflante, inquit. Ambitu repe
 riunt esse miliariorū quinq; ac quadraginta. plana est,
 gleba fortunatissima, aurum habet, sed peregrinū ali
 unde allatum: melle abundat, & fruticibus, ac horten
 sibus, uolucris etiam & quadrupedibus. Est horū
 incolarum, ut breuibus absoluā, ea œconomia & po
 litica, quæ de Iucatana: domus, templa, uia, cōmercia,
 uirorum ac foeminarum gestamina ex gonfapio non
 lanco uel serico. Domus lapideæ, culmo contextæ, ubi
 sit la

sit lapidum penuria, sed ubi sit lapicidinarū copia, la-
 minis lapideis conteguntur, marmoreos postes in ple-
 risq; ueluti apud nos pleræq; domus, habent. Turres
 ibi uetustas dirutarū uestigia redolentes reperierunt:
 Vnam præ cæteris graduū octodecim, ut ad illustria
 templa conscenditur. Nostras sunt admirati naues, &
 nauticam artem, noluerunt hospites primo impetu, be-
 nigne eos tandem admiserunt: turrim conscendūt du-
 ce primario, quem sacerdotem credūt: Vexillum in ca-
 cumine sistūt, regi Castellæ imperiū adiudicāt, sanctæ
 crucis nomē insulæ assignāt, quia ad nonas Maij san-
 ctæ crucis festo sunt insulā ingressi. Cozumellā uero in-
 quāt, appellari a Regulo Cozumellao, cuius maiores ip-
 se iactat fuisse huius insulæ habitatores. Cameras in
turri reperere, statuis tum marmoreis, tū fictilibus ur-
forum simulacris instructas, quos unisono cantu ela-
to invocant, suauibus adolent odoribus, uti Pena-
tes eos colunt: res ibi diuina celebrata est, sunt recuti-
ti. Regulus hic eleganter ex gonlapio uelamine in-
dit^o, pedis unius digitos abscissos habebat: natati pi-
scis norax, qui Tuberon dicitur, uno morsu digitos ra-
ptauerat, laute copioseq; nostros aluit. Post triduum
abeunt ad occidentē semper, uidēt procul montes, lu-
catana erat insula, quæ a Cozumella quinq; tantū mili-
bus passuum distat, lucatanæ latus meridionale capi-
piunt, putato continenti proximum circūeunt, illā ne-
queunt uniuersam, ob frequentes scopulos, & ob ha-
 b renosa

Urforum simulacra
 inuocantur.

renosa uada. Ad iam notum latus boreale Alaminus
 Nauclerus naues reducit. Ad idem oppidum Campe
 chū & Lazarū Regulū, ad quē priores superiori anno
 proficiscuntur, placide suscepti ad oppidū inuitantur:
 inuitasse poenituit: ad lapidis iactū ab opido nostros
 sistere iubent, accolæ abire imperant, aquandī petunt
 copiā priusq̄ discedāt nrī, puteū, a tergo relictu mon
 strāt, licere inde aquā haurire, aliū de minime inqūt: p
 noctatū ē in uicino putei cāpo: diffidūt barbari, arma
 torū tria circiter milia castra locāt, nō lōge a nrīs. pars
 utraq̄ noctē duxit insomnē, illi nrōꝝ eruptionē in pa
 gū, nrī barbarōꝝ ipetū repentinū ueriti, tubarū clāgo
 rib⁹ & tympanorū boatu somnolētos excitabāt, ubi il
 luxit, accedūt barbari, appellāt interpretes Cubenses
 nrōs, quōꝝ idioma, si nō idē, cōsanguineū tñ. face thu
 rea inter utrūq̄ agmen accensa, minantur internitiōē
 nī prius abire properauerint, q̄ fax extingatur, nol
 le se hospites protestantur, fax consumitur, deuenitur
 ad manus, perimūt e nostris unū, quē sagitta male scu
 tatū reperit, multi feruntur, ad tormenta quæ apud pu
 teū erant locata, se reducant nrī, ut inde globos iac
 culētur in barbaros, retrocedūt ad opidū barbari, mi
 lites feruenti animo cupiebāt illos psequi, uenit Gri
 salua prætor. Inde procedunt ad Iucatanæ calcem ulti
 mū, ducentorū reperiunt esse miliorū 'amplius produ
 ctā ab Oriente in Occidentē: portū petunt egregium,
 cui nomē dedere, Portus desyderat⁹. Ad terras deinde
 trans

INSVLIS NVPER INVENTIS. ¶

trāsferat alias, & terrā phēdūt Iucatanæ uicinā ab oc-
cidente, dubitāt sit insula, necne cōtinēti esse annexā
arbitrātur. Est ibi sinus quē suspicātur ambitū utraq;
terra, nil certi, Calluacā, als oloan ab accolis hæc tell^o
appellatur. flumē ingēs ibi reptū dat suo furore in pe-
lag^o portabiles aq̄s: duoz miliū spacio a p̄tore Grifalua
appellarūt flumē. Admirati n̄as moles mari natantes
barbari accolæ utrāq; fluminis ripā ad sex milia arma-
torū, scutis aureis, arcubus & sagittis, ensib^o etiā latis
& hastis adustis armati obsidēt, phibituri descēsum
& litteus tutaturi. stat ea nocte ps utraq; in alis, prima
luce ecce Canoas circiter cētū armatis plenas (dixim^o
als, Canoas esse lēhos uniligneos) & hic se cubenses
interp̄tes, & hi sat cōmode cōueniebāt in lingua, pax
oblata p̄ interp̄tes admittitur, accedit una Canoa, reli-
quæ sistūt. Canoæ rector qd n̄i q̄ritēt p̄ alienas terras
p̄conctatur, aurū cupē m̄detur, p̄mutatiōe m̄, nō gratū
ito aut uiolēter, redit Canoa qd actū sit reguloreferūt
nautæ, accersit^o regulus uenit libēs. O narratu dignū
p̄ sancte. cubicularium ad se uocat Regulus, cubicula-
ria iubet afferre ornāmēta, ut p̄torē n̄m Grifaluam or-
net, imperat, a calceo incipit aureo illū induere, ocreas
thoracē, & quicquid armoz ex ferro, aut calybe solet,
catafract^o nē aliq; p̄diturus ad pugnā sibi sumere, uni
uersum id ex auro miris modis formato Regulus Gri-
faluz impritur. Cōpēsat Grifalua sericeis, laneis ac line-
is uestib^o, rebusq; alijs n̄ratib^o. In huius Iucatanæ inī

*Barbari aduē
hanc p[ro]stantes.*

*P[ro]p[ter] d[omi]n[u]m inuē
lancā*

*Ceremonie sacr[ae].
v[er]m.*

tio quando in Cozumellam traſſerunt, in Canoampi-
ſcatoriam inciderunt, nouem incant hamis aureis pi-
ſcantes incolæ inermes, capiunt omnes nil timētes. Ex
illis unum agnouit hic Regulus, ſe tantundē auri miſi-
ſurum in craſtinum pollicietur ad Grifaluam, quanti
ponderis uir ille reperieretur, negauit redemptionem
ſocijs inuitis prætor, illum retinuit, ac diſceſſit, quid ul-
tra faciat recogniturus, ad milia centū circiter, ad Ze-
phyrum ſemper, ſinum ingentem reperiūt, in quo tres
paruæ inſulæ litæ erant, ad eū grandioſam proſ cru-
dele facinus, pater ſanctæ, proſ truculentas hominum
mentes, ſtomacho claudat portas Beatitudo tua, ne p-
turbetur, pueros puellasq[ue] ſuis dijs imolāt paſſim: ſunt
recutiti, ſimulacra quæ colunt, partim ſunt marmorea
quædam alia fictilia, marmoreas inter imagines extat
leo pertuſa ceruice, in quam miſerorum ſanguinē pro-
ſciunt, ut inde fluat in lacunam marmoream. Quibus
ceremonijs miſerorum ſanguinem litent referamus:
non iugulis, ſed pectoribus apertis ex inſauſta uicti-
ma cor eruunt, ex cuius calido cruore idolorum labia
illiniunt, reliquum fluere patiuntur in lacunā, inde in
apertum, cor & exta comburunt, gratum ſumum dijs
fore arbitrantur. Ex idolis unum eſt uirile, quod infle-
xo capite lacunam ſanguinariam ſuperinſpectat, tan-
quā acceptans ſacrificium hoſtiarum, torulos brachi-
orum & femorum, ac ſurarum pulpas edūt. precipue
ſi hoſtem bello uictum ſacrificauerint. Riuum concre-
ti ſan

ti sanguinis, ueluti ex carnificina exeūtem reppererūt. ex insulis uicinis ad id facinoris miseros transportāt, capita cadaueraq; ibi truncata uiderunt innumera integra etiam pleraq; uel a minimis cōtecta. Vniuersi tractus illi auro gemmisq; abundant. perrans insulā unus enostris, in duos semisuffulos urceos alabastrinos p/ pulchre laboratos lapillis incidit, diuersorum colorū plenos. Aiunt lapillū se repperisse, qui missus est ad gubernatorem, ualoris duorum milium Castellanorū auri. Sacrificij hanc insulam appellarūt. Extant & in huius Colluacanæ lateribus aliæ sitæ insulæ, in quib; solæ mulieres habitant sine uirorum cōmercio. putāt alii qui Amazonico uiuere more: qui prudentius rem ponderant, cœnobitas esse uirgines, secessu gaudentes, uti apud nos, & multis in locis apud ueteres Vestales, aut Bonæ deæ sacræ. Certis anni temporibus traiciūt ad eas uiri, non coitus causa, sed moti pietate, campos & hortos illis composituri, quo cultu queant uitam ducere. Fama tamen uiget, esse alias insulas foeminarum sedes, sed corruptarum. quæ mamillam a teneris sciunt, quo facilius queant sagittariam artem exercere. Ad easq; traicere coitus causa uiros, nec retinere marres. fabulam puto. Ad littus ergo Colluacanæ terræ se applicant nostri, placide negotiātur, aureum Regulus cacabum, armillas, torques, bullas, multaq; præterea diuersorum generum monilia nostris impartit⁹ est, nostri contra nostratibus illum alacrem reddunt.

Virgines Vestales.

Figere hic pedē, & coloniam deducere cupiebant: pro
hibuit Crisalu prætor, desperatis animis uixerūt eo
tempore cōmilitones in prætorē. Turritis constat ædi
ficijs hæc pronincia, oppidis amplissimis, quindecim,
& alicubi uiginti milliū domorum se aliqua nidisse at
testantur. Sunt nō ubiq; cōnexæ domus, hortis & cor
tibus intersecātibus, multæ distāt a seipsis: plateas ha
bent moenibus circūseptas, in quibus fora nundinasq;
exercent, uias ordine stratas, furnos, fornacesq;, calcē
ac lateres coctos habent, figulos, lignariosq; fabros,
& artifices moechanicarūq; artū omniū opifices asse
cuntur egregios. Potanchanus hic regulus dicitur, re
gio Palmaria, eius oppidū regiū aiunt esse domorum
quindecim milliū. Quādo novos hospites suscipiūt, q
pacē in illis terris admittunt, in amicitix foedus sibi ip
sis cū nouacula uel gladio lapideo sanguinis parūper
ex lingua uel manu, aut lacerto, uel alia quauis corpo
ris pte, hospite inspectante oruūt. sacerdotes uiuūt coe
libes & incorrupti. quid sit coire nemo itelligit donec
nubat. Nefas & morte piandū est aliter accidere. In foe
minis mira castitas. Licet unicuiq; potēri, postq; unā
duxerit uxore, habere pellices quotquot uoluerit, sed
nupta adulterio cōprehensa uenditur a marito, prima
rio tñ principi, a quo licet mulieris propinquis illā re
dimere. Nemini non cōiugato, phas est iungi in men
sa, uel eadē lance uesci, aut poculo bibere, parēq; se cō
iugato se præbere. Augusto Septēbriq; mensē quinq;
ac tri

Palmaria regio

ac triginta dies abstinet, nō a carnibus modo, quas assequuntur optimas, sed neq; piscibus uescuntur, aut re aliqua, quæ sanguinē nutriat. hortēsis ac leguminibus illos dies pagunt. Menses uiginti dierū numero claudūt, Annū uero mensibus uiginti, aliquot ibi dies lautos egere. Ab eū, littus idē secuti: regulū cōueniūt aliū, cui nomē dedere Ouandus: regulus ubi nostros aurū cupere intellexit, laminas cōflatas attulit aureas, se copiā eius metalli desyderare prætor: significauit p̄ interpretes. Postero die aureū hominis simulacrū, pygmeū, flabellūq; aureū, & artificio uario larnam iubet afferri, calculorūq; secta, pectoraliū & bullarū copiā, & diuersorū generū ornamēta & uariorū colorū lapillos n̄s est impritus, dapibus quoq; lautissimis p̄fapide cōditis saturauit. In littore inuitatos p̄peranti cursu, frondētib; ramis ex reguli mādato erectis, ilico scenis cōtegebāt, inertes in ramis ferēdis, familia res regulus pcutiebat scepro, qđ manu gestabat, serui demisso uultu q̄cūq; uerbera patiēter sustinebāt. Interrogatus, ubi nā auri tanta colligeretur copia, p̄ximos digito monstrauit mōtes, & flumina ab illis decurrentia. Sunt hij fluminib; ac lacub; adeo assueti, ut idē illis sit natate, quod terra incedere. mergūtur flumine qñ aurū placet colligere, manusq; harenis efferunt plenas demū de manu in manū cribrantes harenā, aurū deligūt. Spatio duarū horarū dicūt auro implere canntilā digitalē, de suffumigijs & hax terrarū odorib; dulcia mollia.

molliacq; dici queūt, quæ prætermittimus, quia magis
 ad effœminandos animos faciunt, q̄ ad bonos mores.
 Puerum annorum duodecim oblatum a Regulo recu-
 sauit prætor, puellam admisit pulchre ornatam, socijs
 inuitis puerum abiecit. Ex lapillis ab hoc Regulo ha-
 bitis, unum scribunt esse ualoris duorum miliū castel-
 lanorum auri. Discedunt tandem ab hoc Regulo au-
 ro & gemmis onusti. Grisalua prætor unā e Carauel-
 lis ad patrum gubernatorē destinat ad Fernandinā
 cum nuncijs & habitis auro & gēmis. Littus interea
 secunt reliqui occidentem uersus, una uero propius
 fere littus abradebit, qua Franciscus Montegius sub-
 prætor uehebatur, duæ per altum tendebāt in prospe-
 ctu: admirati accolæ, rem nouam miraculo ascribunt.
 duodecim ad Montegium ueniunt Canoæ, per inter-
 pretes colloquūtur, benigne se inuicem salutant, sup-
 plices orant incolæ ut descendant, magna pollicentur
 si Regulum patriæ adierint. precibus eorū negat Mō-
 tegius se posse annuere, quia socij nimis a se distarent
 contentos tamen dimisit datis quibusdam nostratib⁹
 muneribus illis gratis, quia ignota sunt. Celebre opi-
 dum aliud adeunt, ad littus sese applicāt una tres, Ca-
 marellæ prohibentur ab accolis descendere, scutis, ar-
 cubus plenis pharetris, & ligneis latis ensibus atq;
 hastis adustis armati, ad nostros prodeūt: sagittas ia-
 culantur eminus illi, tormentorum globulos in bar-
 baros nostri. Machinarum strepitum admirati, ac fir-
 rore

rore perterriti, aufugiunt, pacem optant. Iam cōmeatus nostris deficiebāt, iam quassatæ longis itineribus naues erant: Ad insulam igitur Fernandinam factis & repertis antedictis, cōtētus Grisalua, socij haud quaquā, reuertūtur. Nunc diuertendū est parumper, & alia nauigatio pertractāda. hinc ad has regrediemur terras, quas nostri repetierūt. Diecus idem Velasquē gubernator eodē fere tempore, quo classē eā quatuor Carauellarum parauerat, aliam destinauit unius Carauellæ tantum, & uno Bergantino comite, cum uiris quinq; ac quadraginta, uiolentas hi manus in accolas exercuerunt. Idolorum sectatores sunt, & recutiti, propterea licere illos trahere ad aurum suffodiendum putauerunt. Sunt littori continentis in modum proximæ parux insulæ multæ, ubertate soli, & fortunatissima gleba, beatæ Guanapan Guanguan Quitilla, ex una istarum tercentum rapiunt utriusq; sexus accolæ. (huic insulæ imposuere nomen sanctæ Marinx) in Carauellam hos inculcant, & ad Fernandinam tendunt, Bergantinum cum socijs quinq; ac uiginti relinquunt qui dent operam uenationi hominū ulteriori. Portus quemprehendit Carauella, Carenas dicitur, distat is

Carenas portus.

Tropicus Canari.

ab angulo Cubæ primario diui Iacobi, milia ducenta quinquaginta. Hæc insula est longissima porrecta ab Oriente in Occidentem, quam cancer tropicus intersecat. Miserorum uindictam quærete fortuna, e custodibus in terram descendunt quidā, pauci remanent. Na

*Barbari sese in li:
berationem ventu-
cant.*

Et occasione recuperandæ libertatis insulares, raptis nostrorū telis ruunt in custodes, perimunt sex: desiliūt In mare reliqui: Cauarella potiuntur insulares, regere illā didicerant, redeunt in patriā. sed primo in eādē insulam uicinā descendunt, Carauellā exurunt, tela se cum asportant, lembis traiciunt ad suos, relictos nostros cū Bergantino adoriuntur, prostrāt, perimunt: que ualere infelices ad Bergantinū pfugiunt. Arbor est littori p̄xima, crucē in eius arboris cacumine locant & superiorē arboris corticē his uerbis inscribūt Vanuis Aldarici. Est Dacien fluius, in cui⁹ ripa sitū est oppidū putati cōtinentis primariū. Re intellecta gubernator in relictos auxiliū p̄pere mittit naues duas, bellatoribus onustas. sero sapiunt, res iā acta erat, crucē secuti litus ad eunt: literas legunt arbori insculptas: nō ausi sunt fortunā tentare: cū desperatis egregie armatis p̄cipue recedūt, ex insula p̄xima isti tanq̄ lepores abducunt utriusq; sexus quingētos, eadē causa arbitrati iure merito posse id efficere, quia recutiti. Idē his euenit ad Fernandinā applicatis, unū enaibus ferociter aggrediuntur, acriter dimicādo, custodes Hispanos perimunt quosdā: cæteri sese in mare p̄iciunt, & ad sociā, quæ p̄xima erat, Carauellā, adnatant, una oēs cū sup̄stite Carauella raptatā adoriuntur. Dubia fuit quatuor horarū spacio uictoria, pro libertate recuperanda tā uiri q̄ foeminæ rabide pugnabant, ne adeptam amitterent prædam, Hispani acrius dimicabant, uicerunt

uicerunt Hispani tandem, quia pertractadis essent agi-
 liores, in mare sese proijciunt uicti barbari, cum lin-
 tribus recolliguntur, tum ferro perempti in certamine
 tum aquis suffocati circiter centum: defuere ex Hispa-
 nis pauci ad diui Iacobi oppidum & aurifodinas tra-
 huntur. Ad aliam dehinc tendunt e uicinis insulis, quæ
 sunt ibi frequētores, q̄ in nostro ionio symplegades,
 quarum congeriem Archipelagus uulgus appellat.
 hostiliter suscipiuntur, quotquot e nauibus descen-
 derunt, perempti aut percussi sunt. putant hanc esse in-
 sulam, Ioannes quidam Pontius, unius classiculæ præ-
 fectus adiuuit, & perturbatos reliquit: fugatur ab acco-
 lis, floridãq̄ appellauerat, quia resurrectionis die eam
 insulam repererint, uocat Hispanus pasca floridum re-
 surrectionis die. Sex & uiginti inquit, se uidisse in-
 sulas, sed a colono prius præterlapsas, tanq̄ Hispanio
 æCubæq̄ custodes, in quibus ueniētes Oceani pcel-
 læ illiduntur. Natiuū in plerisq̄ Granatū aurū reperi-
 unt: monilia & isti uaria gestant, & larnis utuntur, tū li-
 gneis deauratis, tū aureis ppulchre ornatis. Opifices
 sunt ubiq̄ argutissimi. Ex laruis unā secū attulit Franci-
 scus Chieregattus, T. B. nuncius ad nostrū Cæsarē in
 Hispania, ex ea colligere licebit, q̄li polleant ingenio.
 Nouacularū structurā mirū est uidere, ex lapidibus
 flauis quibusdā diaphonis uti crystallinis eas formāt,
 & cū eis radunt haud secus ac si ex egregio chalybē
 factæ essent, Sed, quod spectatu dignum est, quando
 C 2 obtusam

Iohannes Pontius.

Florida insula.

Franciscus Chieregattus.

Nouacularum structura.

obtusam iam habent ex exercitatione aciem, non co-
 te, non lapide, neq; puluere illas acuūt, sed tantū aqua
 imposita temperantur. Sunt & apud hos instrumēto-
 rum & elegantium rerum mille genera, quæ longum
 esset narrare, ac forte T. B. grauibus negotijs impli-
 citæ tædiosum. Redeamus ergo unde sumus digres-
 si ad Cozumellam, Iucatanam, ac Colluacaná siue Ol-
 loam, terras dites ac elysias recenter repertas. a quibus
 diuiteram reuertor. ubi quanti sint momenti tractus
 illi, cognitū est, Cubæ insule. habitatores Hispani, gu-
 bernatore Annuncte, nouā classē instruunt Carauel-
 larum decem, cum uiris quingētis, additis, uti leuis ar-
 maturæ, equis duobus bergantinis, quorum opera u-
 tuntur ad uadosa littora, frequentium scopulorum di-
 scrimina tentanda. Equos nauibus imponunt quinq;
 mares, foemellas uero sedecim bello aptas. Fernādum
 Corchesium, qui tūc erat prætor urbanus, generalem
 eligunt classis gubernatorem & prætorem, sub præto-
 res uero Alfonso Fernandem Portuarcium, Franci-
 scum Montegium, Alfonso Auilam, Alueradum cō-
 mendatarium Spatensem, Ioannem Velasquē Diecū
 Ordassum. uentum sequuntur eūdem, ab angulo Cu-
 bæ ultimo, ad Occidentem, quā primū Franciscus Fer-
 nandes Cordubensis, mox Ioannes Grifalua, ad pro-
 spectum insulæ sacrificiorum, de qua mentionem feci-
 mus, deueniunt, insperatus acer turbo captare terrā ue-
 tuit, uersis illos uestigijs ad Cozumellā Iucatanæ ori-
 entalem

Cozumella
 Iucatanam.
 Colluacana.

Cuba Insula

entalem fera tempestas transportauit. portum habet unicum hæc insula, cui nomen, sancti Ioannis porta, latine indiderunt, sex oppidis tantum contenta est, & aqua puteali, aut cisternali, fluminibus caret & fontibus, quia plana. quinq; tantū, ac quadraginta mille passuum specio ambitur. Aufugiunt incolæ ad syluas nemorosas, oppida deserunt præ timore. uacuas domos ingrediuntur nostri, patrijs fruuntur cibis, domorū ornatus uariorum colorum, aulæa, uestesq; ac lodices amaccas appellant, ex consapio natiuo reperiunt. En pater sancte, habent etiā innumeros libros. de his cū cæteris ad nouum Cæsarem nostrum aduectis late dicemus. Perlustrant uniuersam nostri milites, compositis tamen agminibus, ne qua uis ingrueret, paucos repererunt accolas, una foemina comite, per interpretem Cubensem, & Iucatanos tres alios abductos a primis Hispanis, foeminam hortantur, ut absentes accersat regulos. foeminæ familiares erant accolæ cum ea ducti, a foemina uocati per nuncios ueniūt reguli, fidem amicitiae præstant, domos patrias alacres repetunt, multa ex raptis suppellectilibus restituuntur, idololatrias & recutitos esse reperiunt: ~~pueros puellasq; Cemibus~~ *Cemis Hob.* ~~imolant. Sunt Cemes nocturnorum lemorum simula~~ chra quæ colunt. Interrogatus a me Alaminus Nauclerus, Franciscus Montegius, & Portucarerius nunciij, qui regi munera attulerunt, unde imolandos habebant pueros puellasq;. Ab insulis collateralibus, inquit

c ; untue

unt uennum ducuntur permutatione auri aut aliarum
 mercurium. Nusquam enim feralis monetæ dira sollici-
 tudo in tam vasto terrarū spacio habitatores premit.
 idem aiunt de reliquis nuper inuentis insulis, e quib⁹
 duas nominant Destam & Sestam, ubi nudi degunt,
 Puerorum puellarumq; inopia canibus litant. Canes
 alunt comedendos, uti cuniculos alit gens nostra, nō
 sunt larrabiles, rostro uulpino, quos ad esum destrinat
 Pullos castrant, ad sobolem procreandam foeminarū
 copiam, marium numerum exiguū seruant, uti de ouī-
 bus pastores nostri, Pinguescunt castrati usq; ad qua-
 drimestre mirum in modum. Ab his sacris nostri il-
los deterrent, nephas esse ostendunt, legem perūt quā
sequantur, esse deū unicum qui cœlum creauit ac ter-
ras honorū omniū datorem, sub triplici persona uni-
tum in substantia, facile persuadent. Cemes perfringi
 patiuntur: beatae uirginis imaginē depictam a nostris
 præbitā in sacro sui templi loco sistunt, templū ac ciuis
 pauimenta uerrunt, & abradunt, crutem ob ipsius dei
 atq; hoīs laudē, ob salutē humani generis superimpo-
 sitā recordatione adorandam receperunt, in templi ca-
 cumine unā ingentem ligneam locant. conueniunt o-
 mnes deiparæ uirginis cum tremore reuerenti figurā
 suppliciter ueneraturi. p̄ interpretes significarūt hi ac-
 colæ esse i Lucatana uicina insula Christianos captiuos
 septē, qui ad eā, tēpestatibus raptati, appulerāt, quin-
 q; t̄m miliorū spacio dirimitur a Lucatana hæc insula.

Barbari Hispano.
 s̄m religionem
 ab his se sibi
 p̄cedere patiuntur.

Quinqua

Quinquaginta viros cū duabus carauellis prætor Cor
 restius ad id negotij destinat p̄quisitores, Cozumella
 nos tres secū aduehūt cū literis ad Christianos, si qui
 reperiantur: q̄ egregiū facinus sint acturi, si aliquem
 adduxerint, ^{ostendit.} ~~on~~dit, rē ardentē cōmendat, ab illis nāq̄
 sperat lucidiorē sole se tractuum illorum omniū no
 titiam habiturum. Abeunt bonis auibus sex dies eis
 assignantur ad reditum, octo expectarunt: demissos
 in terram Cozumellanos nuncios trucidatos aut detē
 tos suspicati sunt: illis relictis, redeunt ad Cozumellam
 nostri. De discessu ex Cozumella cogitabat iā uniuersa
 classis, opposita illam uis maris detinuit. Ecce ab oc
 cidente Canoā inspectant uenientem ab Iucatanā, chri
 stianum unum e captiuis aduehit, septennio is uitam
 degerat apud Iucatanos, Hieronymum Aquillarem
 nomine, uirum Astigetanus Vandalum, quo gaudio
 se inuicem fuerint complexi, casus loquatur: infeli
 cem sortē suam, & sociorum una amissorum enarrat,
 auditur attentis mentibus. nec dissonum fore arbitror
 nec tux beatitudinī molestum, si rem ut accidit, re
 censuero. In meis Decadibus mentio facta est de no
 bili quodam Aldiuiā ab Darianensibus missio. sinus
 Vrabæ in putato continenti habitatoribus, ad Hispa
 niolā, admiranti Colono: proregi & senatui regis (ad
 quos p̄inet putati cōtinētis remediū) significatū q̄ rege
 oim penuria urgerentur, sinistris auibus miser Aldi
 uia puinciā suscepit in Iamaicæ insulæ hispaniolæ Cu
 baq̄

*Christianus quidam
 captiuis: Hieronymus
 Astigetanus ad Hispanos
 uelatus.*

bæ laterali a meridie prospectu repentinus uortex in
 harenosas detulit syrtes. Ea uoracia, cæca uada Hispani
 uocāt Viperas & quadranter uiperas, quia ibi mul-
 tæ naues implicatur, uti uiperina cauda lacerti, discin-
 ditur Carauella, uix Alduue & e socijs triginta licuit in
 Carauellæ scapham descendere, sine remis, sine uelis
 misere raptantur a pelago defluentī, diximus nāq; in
 Decadibus, esse ibi maria perpetuo fluxu labentia in
 Occidentem tredecim errarunt dies inscijs quo tende-
rent, nil esui aptum repererunt unquā, septem ex eis
consumpsit fames, fuerūt ipsi marinis piscibus esca, in
 Iucatanam transportantur, Superstitēs iam inedia de-
 ficientes in crudelis reguli potestātē inciderunt. Val-
 diuam prætorem una & socios quosdam trucidauit,
mox imolauit Cemibus, demū cū unitatis amicus co-
medit. Hostes aut, aut appulsos hospites hi depalcūt,
 de reliquo, a carne humana abstinet. Hic Hieronym^o
 Aquillaris, & socij sex in tertium diem immolādi ser-
 uabantur, nocte ruptis uinculis truculenti manus tyrā-
 ni euasere ad Regulum huic infensum, Supplices con-
 fugiunt, admittuntur, sed in seruitutē. Admirandū au-
 ditu est de huius Aquillaris genitrice. ubi rem intel-
 lexit, illico insanit præ dolore, licet in nube tantū fi-
 lium audierit, in potestatem carnes humanas edenti-
 um incidisse hæc si quando carnes assas inspectat, aut
 uerubus affixas, clamoribus domum replet, inquis
 en matrem omnium miserimā, en filij mei frustra. Ha-
 bita.

bita igitur epistola prætoris Aquillaris per Cozumel
lanos nuncios, coram Regulo hero, qui Taxmarus
dicitur, quid Cozumellani afferant enarrat, de potētia
regis eorū qui ad eas partes appulerunt, deq; uirorum
fortitudine, de illorum beneficentia in amicos, de sæui
tia in detractantes, uel eorū postulata respuentes, mul
ta edisserit: tremementem reddidit Taxmarum. det. ope
ram, ne hostes suam ditionem ingrediātur, seruum ro
gar, sed pacatoueniant animo. Pollicetur Aquillaris
pacem, & si opus fuerit, contra hostes auxilium & fa
uorem. Aquillarem dimittit, tresq; illi dat familiares
comites: ita iunctim trañciunt ex Cozumella in Luca
tanam, ad flumen, Alamino Nauclero regente, alias re
pertum, tendunt: fauces eius harenis erant conclusæ,
uri de Nilo ægyptio legitur, flantibus Ethæsijs, propte
rea maioribus non licuit nauibus aduerso flumine p
cedere, quamuis sit alias huiusmodi nauibus aptū su
scipiendis. in bergantinos & nauium lintres ducentos
uiros in littus exponit prætor. per Aquillarem pax of
fertur. Quid sibi uelint percunctantur accolæ: Dapes,
inquit Hieronymus Aquillaris: Spacium erat ingens
harenosum ad latus oppidi, illuc tendant, insinuant ac
colæ. tunc postero die afferunt gallinas octo earū mo
re, quæ sunt paonibus neq; minores, neq; insipidio
res, suffulci coloris, & tantum Maijci, quantū uix suf
ficeret decem famelicis. Est autem Maijciū frumen
ti granum quo ipsi panem conficiunt, nostro pannico
d non

*Taxmaris regi
lus.*

Galline.

Maijci.

non multum dissimile. Protestantur una ut inde discedant, prope re ingens armorum, ad nostros discedere renuentes, multitudo cōcurrit, iterum, quid sibi uelint per alienas terras uagantes, interrogant: pacem se cupere, per Aquillarem respondent nostri, & rerum permutatione dapes, aurumq; si aurum possident: nolle se pacem aut bellum cum eis, respondent, abeāt iterum, ni malint usq; ad unum trucidari: nolle abire, nostri in quiunt, non habita ciborum copia, quæ alendis militibus præsentibus sufficiat, crastinū adferēda cibaria signant, mentiti sunt: mane sequēti nostris, qui castra locarant in harena, & fuerant pernoctati, tantundem asferunt epularum, & sui Reguli nomine iubent abire. Cupere se oppidū uidere, & potiores dapes, nostri dicunt. Recusant illi, & terga uertūt submurmurātes, inedia uostri urgebātur, uictū quærere coguntur. In terrā mittit subprætores prætor, cū uiris centū quinquaginta: Per diuersa tendunt ad oppidana rura, e turmis unā, obuī barbari male tractabant, non longe ab erāt socij audito strepitu, laborantibus socijs opē ferunt, Alia ex parte prætor tormenta in bergantinos & scaphas locat, ad littus se applicat cū reliquis militib; litus tutaturi, & prohibitori descensum: properanti cursu ad pugna parati, occurrūt barbari, sagittis & iaculis eminus nostros impetunt, feriūt imparatos, uiginti circiter tormenta in hostes prætor exonerat, Strage globorū & stridore, ac flammæ eruptione percussis per

si perturbantur, in palantes crurū tenuis, in aquas se p
 riciunt, & nostri hostes insequuntur fugientes, una cū
 perterritis oppidū ingrediuntur, Continuo cursu bar
 bari traiciūt opidū & domos deserūt. Ad fluminis ri
 pā Protentum dicant esse oppidū, quantū non ausim
 dicere. mille quingentorū passuū, ait Alaminus Nau
 clerus, & domorū quinq; ac uiginti milliū, stringunt
 alij, ingens tamen fatentur & celebre, hortis interse
 cantur domus, quæ sunt egregie lapidibus & calce fa
 breactæ maxima industria & architectorū arte. Ad
 quæ sedes habitabiles per decē & duodecim alicubi
 gradus ascenditur, & spacijs interiectis secatur, Nemi
 ni quidē licet uicini murū trabibus onerare, sunt do
 mus oēs, triū domorū intercapedine, separate, culmis
 tamen & paleis coopertæ maiori ex parte, lapideis la
 minis pleræq; Quadraginta hoim milia barbari p̄fes
si sunt eo die pugne interfuisse, uictos tñ a paucis ob
nouū pugnādi genus cū tormētis, & quia prætor ī ter
rā equites sexdecim exposuerat, qui pugne interfue
rūt, a tergo barbaros adorti, turmas sindebant celeri
cursu, nō aliter q̄ si greges ouīū iter facerent, perimē
do, feriēdo a dextris & a sinistris: Miraculo p̄culsi mi
seri hæsitabāt, neq; exercēdi tela loc⁹ dabatur, idē aī al
arbitrabātur hominē equo annexū, uti de cētauris na
ta est fabula. Duos & uiginti dies sunt potiti oppido,
laute sub tecto n̄ri, sub dio barbari esuriētes degūt. ne
q; sūt ausi n̄ros adoriri. munitiorē opidi ptē, ueluti arce
 d 2 tuti ele

*Est enchiridm oppidū
 ab Hispanis occupa
 tum.*

elegerunt, nocturnisq; freti custodijs, suspecti semper,
 eruptionem timentes sono uacabant. Potanchanū di-
 citur ab accolis oppidum, & a uictoria ibi adepta, Vi-
 ctoriam nostri appellarunt. Mira etiam de atriorū ru-
 ralium ad delicias in prædijs ædificatorum magnificen-
 tia, magnitudine atq; elegantia, cū solarijs, impluuijs,
 & tabulatis egregijs more nostro: Vt quatuor Hispani
 rurale quoddā ingressi, per horas quatuor in eo ua-
 gatū fuerint, antequā ipsius exitum ob magnitudinē
 comperire potuerint. Per interpretes tādē & captos
 in prælio regulū & eius primarios accersunt, ut iner-
 mes & supplices ueniāt: datur opera, parent dicto, do-
 mus quisq; suas repetit, pacem illis præstant lege præ-
 posita, ut ab horrentibus humanorum corporum cere-
 monijs erga manes & perniciosos dæmones, quorum
 simulachra uenerantur, abstinerēt, nostrosq; deo Chri-
 sto cœli terrarumq; fatori, ex uirgine mundo præstito
 & ad humani generis leuamen crucifixo, dirigant mē-
 tis oculos, utq; regi Hispaniæ se subditos fore profite-
 antur. Pollicentur utrunq; quantum breuitas tempo-
 ris passa est instruuntur, restitutos nostratibus mu-
 neribus contentos reddunt. E cœlo missos arbitran-
 tur uiros, qui adeo pauci numero ausi sint contra in-
 gentem multitudinem manum conscrere, nostros &
 illi quibusdam aureis donis affecerunt, seruas etiam ui-
 ginti donarunt. His ita relictis, alias eorundē littorū
 terras quæsituri abeunt, sinum repetunt sub Grifalua
 reper

Victoria opp
 idum

reperitum ab Alamino, cui nomen dedere Bian sancti
 Ioanis: Bian uocat Hispanus sinum. pacatis animis ue-
 niunt accolæ. ~~Ab littore oppidum erat distans milia-~~
~~re, domorum, aiunt, mille quingentarum, super tumu-~~
 lo erectum, ad oppidi hospitia inuitat nostros, dimidi-
 am oppidi partem offerunt, Si perpetui uelint esse ha-
 bitatores secum putant, uel Potanchanensium exemplo
 perterritos, ad quos iam forte fama puenerat, uel sub-
 talium uirorum umbra sperasse in uicinos hostes fauore
 & auxilium habituros: Perpetuis namque mutuis se bel-
 lis conficiunt imperii cupiditate. Recusant æternam se-
 dem, annunt temporaneæ, redeunt ad littus nostros,
 sequitur populus, Scenas illis & ramata magalia sum-
 ma cum diligentia erigunt, & tutissimis tegminibus
 a pluuia cooperiunt, castra ibi locant, ne marcescant so-
 cii, Prætor alamino Nauclero & Francisco Montegio
 dat negotium, ut illius terræ occidentem uestigare in-
 tendat, fessos interim ipse recreaturus, & curaturus fau-
 cios. In Potachano manet ergo prætor cum reliquis,
 Bergantinos præbet ituris duos, homines quinquaginta.
 Ad hunc usque sinum lenis erat decursus aquarum,
 ubi paulo inferius ad occidentem ad nauigarunt, ac si
 ex montibus altis a torrente raptarentur, ita impetus il-
 los equoris breui spacio ad quinquaginta a sociis trans-
 portauit miliaria. in aquarum concursum incidunt. A
 leua uasta maris planities sese ostendit, quæ descendē-
 tibus ad occidentem undis obuiabat, uti duo ingen-

tia flumina quando conueniunt ex aduerso. ita uide-
 bantur a meridie uenientes aquæ, tanquam hostibus
 inuis alienum pedem inferentibus, primis possessori-
 bus uelle obistere. Ex opposito terram uiderunt lon-
 ge, a leua & a dextra minime fluctuabant, inter eos cõ-
 flictus uorticibus agitabantur in diuersa, qui fere illos
 deglutierant, sine spe uitæ diu hæsitauerunt, flectunt pro-
 ras, aduerso torrente, unde uenerat, luctatur remis ue-
 lisq; innixi, superare uix poterant impetum, quãdo se-
 cessisse putarunt ad minus passuum duo milia, una no-
 Æ quatuor se fuisse retractos inuenerunt. Vicerunt tan-
 dem illud graue certamen deo fauente. Duos & uigin-
 ti dies in eo paruo maris spacio consumpserunt, ad lo-
 cios tandem redeunt, rem aperiunt, finem eum esse ter-
 ram Colluacanæ, putatiq; continentis, adiudicarunt.
 Terram uero procul uisam & a fronte, uel continen-
 ti nostro annexã, uel septentrionalibus coniungi pla-
 gis ad Bachalaos. de quibus late in Decadibus. Re-
 stat adhuc P. S. res hæc in dubio, detegetur aliquãdo.
 dum Alaminus & Franciscus Montegius hæc secre-
 ta inuestigarent a rege Prouinciæ, qui Multoxumam
 dicitur, per unum ex eius proceribus prædicto impe-
 rantem oppido, nomine Quintalbitor, multis pretio-
 sis, mirisque modis laboratis muneribus aureis, ar-
 genteisq;, & lapillis ornatis nostris donantur: statu-
 unt ad nouum Cæsarem nostrum mittere de colonia de-
 ducenda, gubernatore Dieco Velasquen inconsulto,
 qui

qui eos cum mandatis miserat, ut prouincijs peragrat
 tis, & redempto auro, regrederentur. Consilium ine
 unt, in diuersa tendunt, errorem fore proponunt ali
 qui, Pars maior suffragatur, non esse de gubernatore
 curadum, quandoquidem res ad maius tribunal, ad
 regem scilicet deduceretur, uicit populus: A beni
 gno rege commeatum capiunt. Ad milia inde duode
 cim in gleba fortunatissima condendæ colonix lo
 cum assignant, generalem eligunt gubernatorem, præ
 torem ipsum Corthesium. Non desunt qui putent eo
 inuito. Is magistratus alios creat, ad condendæ ur
 bis regimen. Portucarerium & Montegium, de qui
 bus satis, nuncios ad regem mittendos eligunt eo
 dem Alamino Nauclero duce, quatuor, sponte sua,
 primarij nostras uisum terras ueniunt, regemq; adeo
 potentem, ut eius auctoritas tam in infinitum pro
 tendatur, ducuntur & foeminae duæ, quæ nostris, mo
 re patrio, pareant & obsequantur. Suffulca gens
 est, auricularum torulos uterque sexus perforat,
 gemmatosq; aureos perpendiculos circūferunt. Sed
 uiri quicquid est inter inferioris labij marginem ex
 tremum, & dentium inferiorum radices pertu
 runt (ut nos auro digitos gestando circumligamus)
 in eo labiorum foramine ampliori, lamina subtili reti
 nente interius prodeūtem, argenteū Carolenū æquat
 eius morulis rotunditas, crassitudo digitū. Fœdus me
 uidisse nun

uidisse nunquam recordor. Putant tamen ille elegantius nihil esse sub orbe lunæ. Quo exēplo quæ uane ruat gens humana in sui cæcitatē, Quamq; fallamur omnes edocemur. Existimat Aethiops nigrum colorem candido pulchriorem. Putat & cæcidus aliter de tonsus capillato, barbatus imberbi, se credit esse spectabiliorem. Appetitu ergo urgente, non ratione sua dente tendit gens humana ad ineptias huiusmodi, regiturq; suo sensu quæq; prouintia, ut inquit diuus Hieronymus, Vana eligimus, a certis & cōmodis abhorremus. Vnde habeant aurum satis dictum est, sed unde argentum nostri sunt admirati. Mōtes altos ostendunt; horum cacumina perpetuis canescunt niuibus, & paucis anni temporibus uerticem ostendūt, ob nubium aut nebularum densitatem. Plana ergo uel montana, aurum procreare uidentur, asperi uero montes & gelidæ eorum ualles argentum aurichalcū etiam assequuntur, Secures bellicas nāq; ac ligones forsorios apud hos inueniunt, ferrum aut calybem minime. Ad mūnera ergo regi allata deueniamus, & a libris ordiamur. Diximus libros habere gentes has. Libros attulerunt, una cum cæteris muneribus, hī Coluacanae noui coloni, procuratores, nuncijs, multos. Scriptibilia sunt eorum folia ex interiore arborum tenui cortice, sub libro superiore creato. Rarum autē esse, uti uidemus, non in saliceo aut ulmeo, sed uti cerne re fas est in palmularū etui aptarum, tela dura folia ex teriora

*Argentum inde
habeant Barbari.*

Libri Barbarorum.

teriora interfecante: ueluti retia foraminibus & maculis angustis cōtexta, bitumine tenaci retiacula compingunt. Ad aptatam hinc formam mollescēta cōuertunt, & extendunt ad libitum: dureq; facta liniunt gipso. Putandum est, aut aliqua gipso consanguinea materia tabellas uidisse B. T. Credendum est gipso in farinam cribra to superfultas, in quibus quicquid uenit in mentem, scribi potest, dehinc spongia uel pannulo deleri, ut denuo reitteretur. Ex si cum tabellis fiunt libelli, quos magnarum domorū dispensatores per fora secum ferunt, stiloq; metallico merces emptas coaptant, delendas quādo iam in computatorios codices traduxerint. Non foliatim libros concinnant, sed in longum distendūt, ad plures cubitos: materias in quadratas reducunt partes, non solutas, sed tenaci bitumine flexibili adeo cōiunctas, ut ligneis compactæ tabellis, arguti librarij uideantur manus subijisse. Quacūq; pateat liber apertus, duæ sese facies inscriptæ offerūt, duæ paginæ apparent, totidem sub illis latent, nisi pro tendatur in longū. Sub uno nanq; folio multa cōiuncta folia consistunt. Sunt characteres a nostris ualde dissimiles, raxillis, hamis, laqueis, limis, stellisq; ac formis eiusmodi, lineatim exarati nostro more: Aegyptias fere formas æmulantur. Interlineatim hominū, animaliumq; species, regum præcipue ac procerū depingunt: quare credendum est gesta esse ibi maiorum cuiusq; regis conscripta, que admodum nostra sit tempe

e state

fte. Videmus sæpenumero eos generalibus histo-
 rijs, fabulosis etiam codicibus, ipsius rei, quæ narra-
 tur, ad alliciendos emere cupientium animos autho-
 rum, figuras interferere, arte quoque grata superiores ta-
 bulas cõpingūt, nil differre a nostris clausi uidentur:
legū quoque & sacrificiorū, ceremoniarūque ritus, astro-
nomicasque annotationes, & cõputationes quasdam, semi-
nandique rones & tpa, libris cõmendāt. Annū ab occasu
 eliaci uergiliarū incipiūt, & mensibus claudūt lunari-
 bus. Mentem autē a luna nominant Tona, cū menses si-
 gnare intendūt, tonas inquit, lunā eorū lingua tona
 dicūt. Dies autē a sole, unde tot soles, tot dies: Eorū idi-
 omate sol Tonaticus dicitur, alicubi tñ aliter, sed nulla
 ratione moti, annū distribuūt in mēses uiginti, menses
 autē etiā diebus uiginti concludūt. Templa que frequen-
tant, aureis ornāt auleis, & suppellectilibus gēmeis
admixtis, die illucescēte turificāt tēpla, piasque spargūt
preces ante rerū initia. Horrendū facinus in sacrificijs,
 & istorū tractuū habitatores oēs p̄ uictimis pueros
 puellasque sacrificāt, eo mō quo supra dictū est. Quo tē-
pore semina iacit in terrā, & qñ iā spicat segetes popu-
lus, seruos p̄tio emptos, laute depastos & p̄tiosis uesti-
bus ornatos suis Cemibus destinat sacrificandos, p̄ di-
es uiginti imolādos circūducūt, trāseuntes puicos op-
pidani suppliciter salutāt, ueluti iter coelites p̄pediē an-
numerādos. Acri alia pietatē Cemēs uenerātur, suū p̄-
priū sanguinē offerūt, e lingua, hic e labijs, ille ex auri-
 bus

bus, aliqui a pectore uel femore, aut cruribus, multi a
 cutis nouaculis uulneratim emūgūt sanguinē, quē ma-
 nu receptū roratim plectū cœlū uersus, p̄ templi pau-
 menta cōspergūt: ita placatos reddi deos arbitrantur.
 A uilla Ricca, id est noua colonia, distat miliaria nouē
 oppidū domorū quīdecim milliū, ueteri incolarū no-
 mine Cempoal, nouo Sibylla: regulū reperiūt clausos
 habentē imolandos seruos quinq̄, ab ductos, regulus
 supplex repetit, inquit, p̄nitē mihī regnoq̄ huius
 meo uniuerso astruitis, si seruos imolādos mihī aufere-
 tis, irati n̄ri Cemes sata oīa a gurguliōibus corrodi uel
 grādinibus deturbari, aut siccitate cōsumi, uel torrētī-
 bus imbrīb⁹ uastari p̄mittēt cessantib⁹ sacrificijs. Ne
 desp̄ati desciscerēt Cēpoalani, minus malū elegerūt, in
 p̄ntia rati nō esse tēpus eis inuitis, p̄hibere, quin uete-
 res ritus exerceāt, seruos restituerūt. Licet illis sacer-
 dotes gloriā æternā, & p̄petuas delicias polliceātur, de
 orūq̄ familiaritatē post huius sæculi p̄cellōsos dies,
 moesti tñ hęc promissa auscultabant, maluissent q̄libe-
 rari. Sacerdotes Quines appellant, singulari numero
 Quin, cœlibes uiuunt & incorrupti, cum timore reue-
 renti sacerdotes uenerantur, hostium & in bello ca-
 ptorū ossa, carnibus exesis in fasciculos ligata, ad Cer-
 mium pedes suspendunt, ueluti uictoriæ trophæa, lu-
 ctorum titulis suppositis. Notandum aliud, Sanctita-
 ti Tuæ gratum. Referunt anniculos iam pueros puel-
 lasq̄ cum pijs ceremonijs, sacerdotes in templis aqua

in crucē cū urceolo capiti supiniecta baptizare uidentur, uerba nō p̄cipiūt, actus & murmura licet animadu-
 uertere. Neq; illi, uti Maumatici aut Iudæi, putant eorū
 tēpla uiolari, si alienigenæ legis q̄sq; eorū sacris in-
 ter sit. De libris, tēplis ac sacrorū ritibus satis dictū pu-
 tamus, ad alia regi allata munera deueniamus. Duas
 attulerūt molas, uti trufatiles, unā aureā, argenteā alte-
 rā, solidas, tenues tñ. circūferentia fere pari spitanarum
 octo, & uiginti ponderis Castellanorū, est aurea triū
 miliū octingentorū. Diximus Castellanū esse monetā
 aureā, q̄ ducatū triente superat. eius centrū occupat ue-
 luti regis in trono sedētis cubitalis imago dimidia, ad
 genu usq; uestita, Genij similis, eo uultu, quo noctur-
 nos lemures pictores nri pingere sunt soliti, cāpus ra-
 mis, floribus effigiatus; eadē est argenteæ facies: Fere
 idē pondus utrunq; metallū purū, aurea etiā grana ru-
 dia, nō cōflata, in argumētū auri natiui, uti ciceres, aut
 lentes attulerunt. torques quoq; aureos duos, quorū
 alter cōstat catenulis octo, quibus inserti sunt rubri la-
 pilli, nō pyropi tñ, duo & triginta supra ducentū, Viri-
 des aut tres & octoginta supra centū, non smaragdi tñ
 Eiusdē sunt existimationis illi qua hi apud nros nobi-
 les: Ab eius torquis simbria tintinabula pendent au-
 rea septem & uiginti, figuris q̄tuor gemmeis auro liga-
 tis intersecta. Dependēt a singulis aurei perpendiculi.
 Torquis alter est quatuor catenalarū aurearū, p̄ gyros
 rubris ornatarū lapillis centū duobus, uiridibus autē
 centum.

INSVLIS NVPER INVENTIS: 37

centū septuagintaduobus, sex & uiginti aureoꝝ tinti
naboloꝝ elegāter cōptorū, in ipsius torquis medio de
eē sunt insertæ magnæ gemmæ auro circūligatæ, a q̄
bus centū ppendiculi suspensi egregie laborati. corace
os coturnos diuersoꝝ coloꝝ afferūt, forte duodecim,
hos auro, argēto illos, gēmis alios fultos, coloribꝰ, tū
glaucis, tū uiridibꝰ, a singulis tintinabula pendēt au
rea. Tiaras mitras uarijs gēmis insutas, glaucis saphi
ros æmulātibus refertas, portāt. de cristis, zonis, & fla
bellis plumcis, qd̄ referre queā, nō sentio. Si qd̄ unq̄ ho
noris hūana ingenia in hmōi artibꝰ sunt adepta, prin
cipatū iure merito ista cōsequētur. Aurū gēm̄ alqꝰ non
admiror quidē q̄ industria, quoue studio superet opꝰ
materiā, stupeo. mille figuras & facies mille p̄spexi,
q̄s scribere neq̄o. Quid oculos hoīm, sua pulchritudi
ne, æque possit allidere, meo iudicio uidi nunq̄. Nota
rū nobis uolucrū sunt pennæ lucidissimæ, uti p̄ auonū
aut fasianorū caudas uisas admirarētur: ita & nos illo
rū pēnas, quibꝰ & flabella & cristas cōficiūt, & elegā
tia ornāt cuncta: Glaucos, uirides, flauosqꝰ, ac rubros,
ac cādidos, suffuscos etiā colores pēnis inesse natiuos
inspeximus: auro cūcta illa instrumēta cōfingunt. Ga
leas attulere duas gēmis glaucis cooptas, unā tintina
bulis aureis fimbriatā, & aureis pluribꝰ laminis, duo
bus aureis calculis tintinabula sustinētibus, Altera gē
mis eisdē, sed qnqꝰ ac uiginti fimbriata est tintinabulis
aureis, cristata uiridi uolucres **Conū occupāte, cuiꝰ pe**

des, rostrū, & oculi, aurea. Singla uero tintinabula singuli sustinet aurei calculi, fuscinas quatuor tridentes penatas uarijs coloribus intextas, quas dentes sunt gemmei filis aureis colligati. Eodem ordine sceptri inges gemmeatū cū duobus aureis tintinabulis, aureū etiā brachiale, calceos ex corio ceruino, aureo filo cōsutos, sola candida subiecta, ex lucido lapillo semi glauco, una & candido circūseptū auro speculū sphingē, Forte lapidē diaphoniū auro circūligatū. magni lacerti caput, & cocleas ingētes duas, anates aureas duas, & uarias uolucrū species aureas. Quatuor & pisces cefalos aureos, & ex auricalcho uirgā. penis miris modis insuta oīa. Portarūt bellicas peltes, & ancylia. Scuta quatuor & uiginti aurea, & argentea quinque. Mitrā plumis uarijs cōtextā, in cuius fronte mediā, lamina insculpta est aurea, effigiata. Cemi idolo. Figurā quatuor alix sepiūt, in modū crucis, aureæ laminæ, uariorū animalū, leonū puta, tygrū, & luporū capita, uirgis & tabellis formata animalia, ipsorū corijs supinsutis, auricalcheis tintinabulis ornata, & diuersorum animalium corijs integra, & egregie confecta. Lodices uarias gossampinas, candido, nigro, & flauo coloribus intextas: duas auro & gemis dentes: tresq; alias pennis & gossampino intextas scacorū ludo: quod argumentū est & scacorū fritillos habere eos in usu. Aliā a fronte nigro, candido, rubroq; coloribus intrinsecus rasam sine uarietate Aliā eodē modo intextā, aliorū colorū, rota nigra medium.

diū tenēte, radiata pēnis lucentibus intermixtis: cādi-
 das & alias lodices duas, peristromata, aulea, & sagu-
 lū, patrio more, uiri gestamē: & textas interiores: & ca-
 pitis uelamīa uaria tenuissima, & pleraq; alia pulchra
 uisu magis q̄ p̄tiosa, quæ arbitror iā T. S. tædiora po-
 tius fore q̄ delectabilia narratu. Prætermitto & inue-
 ras nauigantiū particulas, de laboribus, egestate, &
 periculis, & de monstris, & aduersis multis, quæ in su-
 is annotatiōibus quisq; edisserit, in postroq; regio re-
 rū Indicarum senatu leguntur: ex uarijs & multis eo-
 rum indicibus, & priuatis literis hæc pauca collegi.
 Munerū tamen latorēs & Ferdinandus Cortesius clas-
 sis ipsius præfectus, & condendæ coloniz nouæ in ex-
 tremis terris autor, a regio indico senatu contra rectū
 iustūq; fecisse iudicantur, qui inconsulto Cubæ guber-
 natore, qui eos autoritate regia miserat, prouintiā fu-
 sceperint ab eius mandato alienā, quiq; uenerint, licet
 ad regē, se insalutato. p. pcuratorē fugitiuos latrones,
 & læsæ maiestatis reos Cubæ gubernator appellat. Il-
 li autē se maius multo præstitisse regi obsequiū, uenisse
 q; ad maius tribunal arguunt. Petit capite puniantur
 gubernator, Petūt magistratus isti & sumptorū tot la-
 borū & periculorū præmiū p̄miū & multa differtur,
 ut pars utraq; audiatur statutū & sancitū est. Iā ad
 Darianenses Vrabæ sinus in putato continenti habi-
 tores ueniamus: Darianē dixim⁹ esse fluuiū in occidē-
 tale Vrabæ sinus eadentē latus: in huius ripa Hispani

coloniã, regulo Cemato uí armos pulso, posuerũt. Co-
 loniã nomẽ ex uoto pugnã tpe pmissõ dixere, san-
 cta Maria antiq̃. Ad hos diximus in calce decadũ fuis-
 se missos eo anno quo scribere desijm̃, duce Petro A-
 ria Abulensi, uiros mille ducẽtos, id petẽte Vasco Mu-
 gnoe Balboa: Qui primus Australe Pelagus latẽs ad
 huc detexerat, & Darienẽ sibi p̃erat. Appulso ad Da-
 rienẽ Petro Aria gubernatore cũ ampla regia potesta-
 te, dixim̃ fuisse destinatos p̃ diuersa, cũ uarijs peditũ
 turmis diuersos centuriones. Breuib̃ absoluã, q̃a hor-
 rida oĩa, suauia nulla. ex quo nã decades desierũt, nil
 aliud actũ est, nisi perimere ac perimĩ, trucidare ac tru-
 cidari. ad uoluntatẽ creauerat rex Vascũ, nequĩt diu-
 ferre Petri Ariã imperiũ, dissiderũt animis, cõfuderũt
 oĩa. Intercessit tẽpus, Ioãnes Caicedus Franciscanã re-
 ligionis pulpitarius Vasco promisit filiã in uxore Per-
 tri Ariã. Ars, inter rerũ duces, qua cõueniant, nulla re-
 peritur. Dissident multo acriõ, & res ad talẽ casum de-
 ducta est, Vt occasionẽ nactus in Vascũ Petrus Ariẽs
 processu p̃ prãtores urbanos formato, iugulari Vascũ
 mandauerit, Et una primarios quinq̃ alios, inquiens
 Vascũ sociosq̃ defectioni studuisse in mari Australi,
 ubi classiculã nauigiorũ q̃tuor Vascus ipse construxe-
 rat, ad Australiã putati cõtinentis littora inuestigãda,
 dixisse Vascũ cõmilitonib̃ tercẽtis, quos secũ hẽbat:
 En qd uiri tot laborũ & piculorũ mecũ participes ali-
 eno subiecti semp̃ impio erimus: Quis ferre possit iã
 huius

huius gubernatoris insolentiam: litorum hæc sequimur quorsors dederit, & inter tot elysias puincias tam vastæ telluris, unam eligamus, in qua nobis ipsis quod vitæ superest liberi iam tandem uiuere possimus: Quis hominum nos repire poterit, aut reptis uim inferretes ad gubernatorem delata est, Vascum ab Austro accersit Petrus Aries, paret dicto Vascum in catenas conijcitur, negat Vascus tale consilium cogitasse, testes queruntur malefactorum qui patrauerat, ab initio dicta colliguntur, morte digno censeatur, punitur. ita laboribus & piculis, qui subiuit innumera miser Vascus, quam maiores se titulos adepturum sperabat, finem imposuit. Clavum Petrus Aries, ipse, uxore in Dariene relicta, conscendit, scrutatur littora: non dum an redierit intelligimus. Neque ipsi deest fortuna. Iam alius est designatus gubernator, dicitur Lupus Sosa, ex fortunatis insulis, ubi extitit prex, reuocatus ad Dariene, quod stomachi sit habiturus, si redierit Petrus Aries, boni iudicet, nil unquam gloria dignum sub eo actum est, nimium remissum ab initio fuisse hinc arguitur, illinc autem nimis indulgentem, & parum seuerum in corrigendis erroribus, de hoc satis. Omissa quaedam repetamus, de flumine ingenti Dabaïda profundissimo, dicto a nostris Grandi, qui labitur in ultimam Vrabe sinus angulum per portas (tunc Nilus in ægyptum mare) septem. late in decadibus, quæ ei motana sunt auro ditissima, ex accolarum relatione dixi. Dabaïdæ arcana scrutaturi, Vascus & protores alij, compositis agminibus, aduerso flumine, cum nauibus diuersarum specierum, quæter conscenderunt quadraginta milia passuum suum.

suū primo, mox quinquaginta, demū octuaginta, ex trāf
 uerso als. O ingēs facinus, gēs nuda uestitā, inermis ar
 matā, pfligauit sp, trucidauit ad unū, aliqñ uulnerib⁹
 cōfecit oēs. Sagittis bella gerūt uenenatis, Et qua uisu
 hostiū carnes assequūtur detectas ictum figūt certissi
 mū. Habēt & iacula, q̄ pugnae tpe tā crebra iaculātur
 eminus, ut more nubis solē hostib⁹ eripiāt: habēt &
 ligneos durefactos enses latos, qbus cominus certāt
 ferociter, si ad man⁹ deueniatur. & Vascū ipm multis
 uulneribus cōfecerūt aliqñ. Ita flumē Debaida inexplorātū
 relinqtur. Restat ut de Hispaniola, reliq̄rū in
 sularū genitrice, pauca dicamus. refarcitus est in ea se
 natus, quinq; sunt additi iudices, qui uniuersis illistra
 ctibus leges pbeant. Sed ppediē colligere in ea aurū,
licet sit auro pregnās, desinēt: quia fossiores deerunt ad
exiguū miserū accolæ reducti sunt numeꝝ, quoz opa
auro legēdo usi sunt, absumpti sūt ab initio bellis acri
bus, famæ multo plures, quo anno radice, q̄ panē nobi
liū cōficiēbāt, eruerūt, & a mañcio grano seminando
pane populari abstinerūt. Reliquos uarij morbi (Ig
noti hactenus) anno M. D. X V I I I. qui tanq̄ morbosas
pecudes cōtagioso halitu eos inuaserāt, & una, ne mē
tiamur, auri cupiditas, in quo effodiēdo, cribrādo, ac
legēdo miseros, post iacta semina, otiosis ludis, ac tri
pudrjs, & piscationi, aut pui cuniculi uenationi assue
tos, inhūane nimis exagitarūt. Iā p regiū uniuersū se
natū sancitū est, ut liberi reducātur, in populos & agri
 culturæ

*Hispaniola insula
 rīm genitrix.*

culturæ generationiq; indulgeant, Serui aut̃ & aliūde em-
 pti, ad id aurifodinarum opificiū trahantur. De auri mor-
 tifera fame satis dictū. Auditū est mirandum, quantum in
 hac insula coalescant omnia. octo & uiginti sunt in ea tor-
 cularia erecta, quibus magna saccari copia extorquetur.
 Saccareas aiunt cannas altiores crassioresq; in hac insula
 creari, q̃ alibi usquā, ad crassitudinē lacertalē aiunt & uiri
 lis staturæ, ac semis, altitudinē nutrirī, & quod maius, Va-
 lentia Hispanæ, ubi ingēs saccari copia quotānis elicitur,
 uel ubiq; saccareis cannis inuigilatur, quinq; uel sex,
 aut qñ copiosius, septē phialas cannas quæq; radix partu-
 rit, in Hispaniā uiginti aut triginta interdū. Quae drupe
 dū est in ea copia imēsa. Auri rabida sitis a cultura Hispa,
 nos hactenus diuertit. triticū augetur in immēsum, ut cen-
 tesimū aliqñ reddidisse dicatur. Vbi curasit in collib^o aut
 mōtanis iugis, ad Boreā p̃cipue uersis, tritico serendo in-
 tendere. Coalescūt & uites in eisdē p̃tibus. De arboribus
 uero cassiam fistulā gignētibus, ex insulis putato continē-
 ti uicinis asportatis (de qbus mētionē fecimus in decadū
 libellis) quid dicemus: tāta est iā copia, ut post paucos an-
 nos librā sim^o untix loco a pharmacopolis habituri. De
 syluis coccineis, deq; reliquis huius beatæ insulæ p̃roga-
 tiuis, & naturę in illā porrecta beneficētia, satis multa in
 decadibus: Placuit tñ pleraq; repetere, quia a grādium ne-
 gotiorū mole arbitror ad huiuscemodi rerū recordatio-
 nē T. B. ingeniu diuertisse. nec labia detorquet, quæ sunt
 sapida, modo materia p̃tiosa p̃tiosis uestibus induatur.

F I N I S

Saccareis canis

